

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

XXXVIII. Aní vis anime rationali obtemperans, ut appetens, recte dicatur
rationalis: : & an in anima hominis sit

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

est autem inconveniens, eum qui patitur, per accidens pati volentem. Nam, ut consequatur quod vult, eligit etiam perpeffionē mali.

XXXIIII.

An vis anime rationi obtemperans, ut appetens, rectè dicatur rationalis: & an in anima hominis sit ἀλογον?

Negatur.

ARISTOTELES i. Eth. rationalem animi facultatem duas in partes dividit, nempe in imperantem & obsequentē, & appetitū sensuum obsequenti subjicit. Sed certum est, id quod dicitur per se expers esse rationis impropriè dici rationale ex eo, quod rationi obedit, ac infirmum esse argumentū. Hoc sequitur ἡγεμονικὸν seu rationis imperium, consilium, auctoritatem. Ergo est rationale. Nam neq; canis, quamvis adnutum Domini sui se accommodet, neq; equus, quamvis frenis & calcaribus sui sessoris pateat, rationalis dicitur. Idem Aristoteles in Ethicis affectus ait esse ἐν τῇ ἀλόγῳ animæ. Sed nulla, inquit Julius Scaliger, viger apud me ratio, quæ mihi persuadeat animam nostram substantiam immaterialem esse compositam ex duobus actu contrariis, λογικῇ ἢ ἀλόγῳ. Si igitur, objiciat aliquis, nihil in anima nostra est, quod caret ratione, unde tot existunt peccata.

V 3

cata.

cata, errores, culpæ? Respondet Scalig. Anima implicita corpori per hujus administras partes recipit impressiones: Fit ergo tum talis, quales illæ sunt. Ita in tenebris pavitant melancholici, quia spiritus atri fiunt, non anima. Fit igitur interdum anima alia à seipſa, sed accidente, non substantiâ.

XXXV.

An appetitus sensitivus seu vis cupiens & irascens sit rationalis per participationem?

Affirmatur.

ARISTOTELES sicut in anima constituit partem rationalem per essentiã, nempe intellectum & voluntatem: Et partem rationalem per participationem, nempe appetitum sensitivum: Sic duplicem hinc facit virtutem: Intelligentiæ & Moris. Sed quomodo appetitus *αιδιτικος* participativè sit rationalis, non ab re quæritur, cum non habeat cognitionem *λογικην*. Tenendum igitur dici rationalem per participationem, quia potest non repugnare rationi ducti: potest operari ut ratio dicat: potest per naturã suam obedire rationi, ut filius patri, potest dirigi ratione ut regulã aliqua. Ideoque similiter rationi operari videtur. Ac ne facultas hæc à ratione regi potest: Sic actiones ejus sunt spontaneæ & voluntariæ *ωσ*: Quia possunt coerceri, & exercitio reprimi aut relaxari.

Utrum